

Introductio ad Carmen “Blasi in litore spectans”,
compositum a musicali grege “Manà”



In longinqua urbe Mexicana, cui est nomen “Puerto Vallarta”, Fher -dux musicalis gregis “Manà”, noti in initio tertii millennii- forte convenit in emporio portus senem mulierem, quae vendebant biscocta.

Illa induebat nuptialem vestitum, non album sed sudicium et valde tritum; oculis fixis spectabat mare, fixus eius cor, quod numquam cessavit sperare.

Comperit miram mulierem esse Rebeccam Jimenez, olim cantantem famosam, at nunc amentem ob amissum amorem, orbatam omnino humana ratione.

Juvenis, mulier despondit cuidam piscatori sed, paulo ante nuptialia, vir proficisci

debut, adiens in altum mare, putans se post paucas horas domum remeare.



Rebecca, in veste nuptiali, in portu eum salutavit; eum vidit recedere in mari, eum expectavit per menses, per annos ... numquam tamen ille remeavit, submersus fortasse undis maris.



Rebecca sperare perpetravit, immobilis in portu extremo, dum tempus ei vultum in annos terebat et longi capilli iam albi fiebant¹.

“Amens”, derisa et compatita a vulgo loci, clausa est in psychiatrico nosocomio. Mortua est post aliquot annos –erat annus 2012 et mulier iam ducebat quartum et sexagesimum annum.

Morte nuntiata, urbis praefectus curavit erectionem mulieris simulacri, cui addita est statua cantatoris, qui rettulit eius casum.



¹ In alia versione legitur post paucos dies Rebecca loci mercatorem –Laos eius nomen- qui promisit –at solum per iocum- eam se ducturum uxorem. Rebecca, a viro appellata “puella cinerea”- eius verbis credit et frustra, etiam nunc, in ecclesia eum expectavit.



In annis recentioribus erecta est in portu ipso alia statua mulieris in gestu desperationis.

Restat ad dignam memoriam Carmen a Manà compositum (cum filmica visione),
necnon Italica versio Fiordalisi Cantatricis, ambae brevi pellicula comitatae.



Lucia Mattera